Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad he

facti estis quibus lacte opus sit non
solido cibo. Omnis enim qui lactis est
particeps expers est sermonis iusti
cie. Paruulus enim est perfectorum autem
solidus cibus. eorum qui pro ipsa con
suetudine exercitatos habent sensus ad
discretionem boni atque mali.

VI

Quapropter
omittentes inchoationis
eiusdem sermonem ad perfectionem
feramur. non rursum iacientes
fundamentum penitentie ab operibus
mortuis. et fidei ad deum. baptismatum
doctrine. impositionis quoque ma
nuum. ac resurrectionis mortuorum
et iudicii eterni. hoc faciemus si quidem
permiserit deus. Impossibile est
enim eos qui semel sunt illuminati. gus
tauerint etiam donum celeste. et parti
cipes facti sunt spiritus sancti. gus
tauerint nichilominus bonum dei uerbum
uirtutes que seculi venturi et prolap
si sunt. renouari rursus ad penite
tiam. rursum crucifigentes sibimet
ipsis filium dei. et ostentui habentes. Ter
ra enim sepeuenientem sup se bibens
imbrem. et generans herbam opportu
nam illis a quibus colitur. accipit
benedictionem a deo. proferens autem
spinas ac tribulos reproba est. et
maledictioni proxima. cuius con
sumatio in combustione erit. Confi
dimus autem de uobis dilectissimi me
liora. et uicinora salute. tamen et
si ita loquimur. Non enim iniustus
est deus ut obliuiscatur operis uestri
et dilectionis quam ostendistis in
nomine ipsius. qui ministrastis sanctis
et ministratis. Cupimus autem unum
quemque uestrum eandem ostendere so
licitudinem ad expletionem spei usque
in finem ut non segnes efficiamini.
verum imitatores eorum qui fide et
patientia hereditabunt promissiones
Abrahe namque promittens deus. quo
niam neminem habuit maiorem. per quem
iuraret. iurauit per semetipsum dicens
Nisi benedicens benedicam te. et multip
licans multiplicabo te. et sic longanim
iter ferens adeptus est promis
sionem. Homines enim per maiorem
sui iurant. et omnis controuersie eorum
finis ad confirmationem est iuramen
tum. In quo habundantius volens de
ostendere pollicitationis heredibus
immobilitatem consilii sui interpo
suit iusiurandum. ut per duas res im
mobiles quibus impossibile est men
tiri deum. fortissimum solacium habeamus
qui confugimus ad tenendam propo
sitam spem. Quam sicut anchoram
habemus animae tutam ac firmam
et incedentem usque ad interiora uela
mini ubi precursor pro nobis introi
uit iesus. secundum ordinem mel
chisedech pontifex factus in eternum.

VII

Hic enim
melchisedech rex salem sacer
dos dei summi qui obuiauit a
brahe regresso a cede regum. et benedixit
ei. cui et decimas omnium diuisit abra
ham. primum quidem quod interpretatur rex iustitie. Deinde autem et rex
salem. quod est rex pacis sine patre